

Universitätsbibliothek Paderborn

Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In
sex partes tributæ

Qvae Meditationes Complectitvr circa omnia Christi Domini Acta, ab eius
Baptismo ad finem vsque Prædictionis, Doctrinam, Miracula, Parabolas

Puente, Luis de la

Coloniae, 1612

§. 5. De Vno illo, quod est dispositio & finis contemplatiuæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54633)

18 III. PART. INTRODV.

perducere, à vana gloria veluti ex insidijs capti; Indiscretis denique ac ignauis, qui, quæ licere videntur, etiam expedire putant. quorum, ob nimium affectum, mancipia fiunt. Hos Apostolus verbis illis notauit.
d. I. Cor. 6.
Id.
d. Omnia mihi licent, sed non omnia expedit-
unt; omnia mihi licent; sed ego sub nullius redi-
gar potestate. Nullius, inquit, fieri manci-
pium volo, nec quicquam passione, instar
serui, ductus agere; sed ratione & puro D E I
amore, tanquam liber. Ex his radicibus pro-
uenire potest, ut vita Activa impedit Contem-
platiuam; sed si illæ mortificantur, com-
modè conuiuet vtraque soror; neutrâ al-
teram in præcipuis functionibus suis, de-
signatis temporibus præstandis, impedi-
ente.

DE VNO ILLO NECESSARIO,
quod & dispositio & finis
est vitæ Contemplatiæ.

§. 5.



ROSE QVENS Christus Do-
minus Martham instruere, di-
xit: *Porro unum est necessarium:*
qua sententia fundamentum
iecit excusationis & laudatio-
nis Mariæ, & in ea ipsius vitæ Contempla-
tiu

tina, quæ omnia reducet ad V N I T A T E M; multitudine & varietate, quod fieri potest, reiectis: quod vnum hisce gradibus obtinetur.

P R I M A enim V N I T A S est in v s u r u m temporalium, dum illæ ad vnam, quæ sit necessaria, & quæ ad vitæ sustentationem sufficiat, reducuntur: Et hoc voluit Christus Dominus Marthæ insinuare, quasi dicens: non est cur ita sis sollicita, & circa multa præparanda, ad meam & discipulorum meorum sustentationem, occupata: quia vel vnicum aliquid sufficit, eoque contenti erimus.

H A E C in huiusmodi rerum v s u tâ stricta & exacta vnitas multùm confert ad cordis quietem, & ipsam Contemplationem: eâ enim variâ desideria anxiæque curæ circumciduntur. & ita sancti, Contemplationi dediti, res huiusmodi temporales valde neglexerunt, simplici aliquaque necessaria in viatu & vestitu contenti, sicut etiam dixit Apostolus. *Habentes ali-
menta, & quibus tegamur, his contenti si-
mus.*

at. Ti. 6.8.

Q V A R E si D E O vacare cupio, & Contemplationis suavitatem experiri, reiicienda mihi est rerum multitudo, necessario huic Vni contraria; qui enim paucis temporalibus est contentus, plurima consequetur spiritualia; & qui moderatè ijs vtitur, quæ sunt in

III. PART. INTRODVC.

²⁰ terra, copiosas recipiet cœlestes voluptates.

Secunda V N I T A s in intensione posita est, quæ actiones omnes ad vnum solum necessariumque finem dirigit, qui est D E I gloria, eius voluntatis executio, nostraque salus; multitudine ac varietate intentionum, & finium, qui huic V n i aduersentur, aut ad illud non tendant, sublata: Et ideo Christus Marthæ: V num tantum dixit esse necessarium, quod Maria, doctrinam ipsius audiens ad animæ suæ sustentationem & eius finem obtainendum cū piebat. Nihil enim mihi prodesse poterit, omnem rerum mundi multitudinem lucrari, hac vna animæ meæ salute, quæ in eo, vt DEO placet, consistit, amissâ. Ideò magno ferore cum Davide: b Vnam petam à Domino & hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omni bus diebus vitæ meæ. vt per Contemplationem videam præstantiam gloriæ & voluntatis D E I, deliciarumque eius magnitudinem, amando quæ videro, & quæ amauero procurando. Et hac ipsa adhuc magis ad particularia applicando, debedo omnia mea ad Vnum illud necessarium reducere, quod Apostolus magis

c Epheſ. 4.4 patefecit, cùm dixit; c Vnū corpus, vnuſ ſpiritus, vna ſp̄es, vna vocatio, vna fides, vnum baptisma, vnuſ Dominus, vnuſ mediator, vnuſ Deus & pa-ter omnium. Quare detestari ac mortificare oportet quocunque desiderium & affectum rerum, quæ vnitati mystici corporis Ecclesiæ, & Spiritus, quo illa regitur, & ſpei ſalutis meæ ac vocationis, ad quam ſum vocatus,

c 1. Tim. 2.3

fidei

fidei, quam profiteor; Baptismatis, quod suscepit; mediatoris Christi Iesu, qui me redemit; ac D E I & Domini, qui me creauit; & patris, qui me adoptauit in filium, & cœli vult hæredem constituere, aduersantur.

Tertia V N I T A s propriæ vitæ Contemplatiuæ consistit in vsu sensuum & facultatum animæ interiorum, quas omnes ita ad unitatem reducit, ut soli D E I cognitione, & actuali dilectioni attendant; & hoc voluit Christus Marthæ insinuare, cum dixit: Turbaris erga plurima, ad plurimas effunderis cogitationes, affectus, curas: magis necessarium illud vnum est, vt anima tua una sit, hoc est, unita & intra seipsum collecta; una in sensuum affectibus, ad unitatem cum Spiritu reuocatis, carnis rebellione mortificata: una in appetitionibus ad D E I voluntatem reductis, contempta cuiuscunque Creaturæ, quæ huic contraria sit, appetitione: una in suis curis, ad eam unam reductis, quæ diuinæ bonitati placere studeat; reliquis omnibus diuinæ ipsius prouidentiæ remissis: una in suis cogitationibus, ita ad illum unum directis, ut eo tempore nihil præter D E I cogitare velit; sed omnes distractiones ac mentis vagationes, quoad huius vitæ status debilitati possibile erit, collectas retinere: una denique in amore, quem in uno ac solo infinito bono collocet, quod ipsum dicentem cū Davide: d Quid mihi est in Cœlo? & à te quid volui super terram? impleat ac satiet.

d Ps. 72. 25.